

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus h  
cum uariis

Helias quippe ante aduentum iudicis Saluatoris non immerito speratur esse uenturus qui etiam nunc uiuere non immerito creditur. Curru namque igneo raptus est de rebus humanis quod euidentissime scriptura sacra testatur. Cum ergo uenerit exponendo legem spiritualiter quam nunc Iudei carnaliter sapiunt, conuertet cor patris ad filium, id est corda patrum ad filios cum intelligenciam patrum perducet ad intelligenciam filiorum.

Augustinus libro XX. de ciuitate Dei capitulo XXIX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

ante *om.* V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>; sacra] sancta P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; conuertet] conuertat P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>, et *add.* L<sup>2</sup>;  
libro XX. de ciuitate Dei] de ciuitate Dei libro XX. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>